

veritate. ET OMNES PECCATORES DISPERDET. Quos OMNES PEC- 5  
 CATORUM, nisi perseverantes in peccatis, deum, non se, reprehend-  
 ere audentes, contra deum quotidie disputantes, veniam delictorum  
 desperantes, et ex ipsa desperatione delicta cumulantes, aut cc 2105  
 veniam sibi perverse promittentes, et ex ipsa promissione a peccatis  
 et impietate non recedentes? Veniet tempus ut separentur isti 10  
 omnes, et fiant illae duae partes, una ad dexteram, altera ad sinis-  
 tram; accipiant iusti regnum aeternum, eant illi in ignem aeter-  
 num: ET OMNES PECCATORES DISPERDET.

(25.) Quoniam haec ita sunt, et audivimus benedictionem  
 domini, opera domini, mirabilia domini, misericordias domini,  
 severitatem domini, providentiam in omnibus operibus eius, con-  
 fessionem omnium operum eius, in laude eius quo concludat at-  
 tendite: LAUDEM DOMINI LOQUETUR OS MEUM, ET BENEDICAT 5  
 OMNIS CARO NOMEN SANCTUM EIUS IN SAECULUM ET IN SAE-  
 CULUM SAECULI.

Conversi ad deum.

## IN PSALMUM CXLV

(1.) Deliciae spiritus nostri divina cantica, ubi et fletus sine  
 gaudio non est. Fideli homini et peregrino in saeculo nulla est

24, 10–12 veniet ... aeternum<sup>2</sup>] cf. Matth. 25,32–33.46      25, 8 conversi ad  
 deum] *infra* 150,8,25 *app. ad l.*

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_i$ )  $\delta$  ( $A H_i$ )     $\lambda$ :  $\pi U$      $\varepsilon$ :  $N An_4$      $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$      $\zeta$ :  $P_6 T$      $K$   
 (*exc.*)  $P_{23}$     *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15}$      $Y X e_3 w, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_i$ )  
 25, 1 audivimus] *inc. K*    7 saeculi] *des. K*

9 commissione  $C_1 P_7$     11 fient  $\alpha H_1$  (*ac.*)  $P_{15}$  | illae *om.*  $\alpha P_{15}$  | duae illae *tr.*  
 $\delta U \zeta P_{23} Y$  | unam  $\delta U C_1 P_7$  | altera] alteram  $U C_1 P_7$ ; unam  $\delta$     12 eant ...  
 aeternum *om.*  $\pi$     25, 1 ita haec *tr.*  $\delta$     4 in] quod *praem.*  $\pi \varepsilon So_1$ ; quid *praem.*  
 $\zeta P_{23} X ma$  | quo *om.*  $\pi \varepsilon \zeta P_{23} X ma$     5 laudationem  $\varepsilon P_{23}$     8 conversi ad  
 deum  $U$  (cf. 143,19,24; 148,17,48; 150,8,25); *om. cett. ma*

iucundior recordatio quam civitatis unde peregrinatur, sed recordatio civitatis in peregrinatione non est sine dolore atque suspirio. Spes tamen certa reditus nostri etiam peregrinando tristes  
 5 consolatur et exhortatur. Rapiant cor vestrum verba dei, et possessor vester vindicet sibi possessionem suam, id est mentes vestras, ne avertantur in aliud. Unusquisque vestrum totus hic sit, ut hic non sit: id est totus sit in verbo dei quod sonat in terra, ut ab  
 10 eo exaltetur, et non sit in terra. Ideo enim deus nobiscum ut nos cum illo. Qui enim ut nobiscum esset descendit ad nos, faciat ut cum illo possimus ascendere ad se. Interim ipse peregrinationem nostram non fastidivit, quia nusquam est peregrinus qui condidit omnia.

(2.) Ecce psalmus sonat: cuiusdam vox est, quae si vultis vestra est, exhortantis animam suam ad laudandum deum, et dicentis sibi: LAUDA, ANIMA MEA, DOMINUM. Aliquando enim  
 v. 2  
 in tribulationibus atque in tentationibus praesentis vitae, velis  
 5 nolis, conturbatur anima: cuius perturbationem in alio psalmo alloquitur, dicens: *Quare tristis es anima mea? Et quare conturbas me?* Ut autem auferat ei eandem perturbationem, suggerit gaudium nondum de re, sed de spe, et ait illi perturbatae et anxiae, tristi et maerenti: *Spera in domino, quoniam confitebor illi.* Spem  
 mi 1885  
 cc 2106  
 10 qua se erexit, in confessione constituit, quasi diceret ei anima sua, quae illum tristitia conturbabat: 'Quid mihi dicis: *Spera in domi-*

2, 6sq. Ps. 42,5 9 Ibid.

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T$   
 $P_{23}$  lectiones selectae:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ )

1, 3 iucundior] iucunda  $P_7 C_1$ ; tam iucunda  $C_7^2 So_1$  | civitatis] civitas  $\pi \varepsilon C_1 P_7 P_{23}$ ; illius add. *lo ma* 5 reditus nostri certa *tr. \alpha X* 6 rapiant  $\delta U ma$ ; -at *cett.* 10 ut] et  $N P_6$ ; et add. *lo ma* 11 facit  $C_1 P_7 P_{23} ma$  12 possimus] simus  $C_1 P_7 ma$  2, 3 dicentem  $\pi$  7 autem *om. \varepsilon* 8 et ait] ut et  $\delta$  | ille  $e_3 \delta$  | anxietate  $\delta$  9 dominum *lo ma* | quoniam] adhuc add. *X ma* 10 in] et *praem. \varepsilon \gamma\_1 Y* 11 tristis  $\zeta$

*num?* Revocat me conscientia peccatorum; ego novi quae comisi, et dicitur: *Spera in dominum?* Commisisti, verum est; unde tamen speras? *Quoniam confitebor illi.* Sicut odit deus peccata sua defendentem, sic sublevat confitentem. Hac ergo spe accepta, 15 quae spes non potest esse sine gaudio, quamvis in rebus simus difficilibus secundum istam vitam et plenis procellarum et tempestatum, hac tamen spe erecta anima, quia gaudet in spe, sicut dicit apostolus: *Spe gaudentes, in tribulatione patientes*, accipit quandam erectionem in deum, ut laudet deum, et dicitur ei: 20 LAUDA, ANIMA MEA, DOMINUM.

(3.) Sed quis dicit, et cui dicit? Quid dicimus, fratres? Caro dicit: LAUDA, ANIMA MEA, DOMINUM? Et potest caro bonum consilium animae suggerere? Ut multum sit edomita caro, et a domino impertitis viribus nostrae servituti subiecta, ut omnino ita serviat nobis tamquam condicionale mancipium, sufficit ut 5 non impediat? Deinde, carissimi, utique consilia a melioribus petuntur. Etsi bonum quiddam est anima nostra, et bonum quiddam est caro nostra, quia utrumque ille creavit qui fecit omnia bona valde, quamvis ergo in generibus propriis utrumque sit bonum, tamen dicit apostolus: *Corpus quidem mortuum est propter peccatum.* Est utique et illud corpus, quale nobis promittitur 10 et nondum habemus, in cuius redemptione spe gaudemus dicente apostolo: *In nobismetipsis ingemiscimus, adoptionem exspectantes, redemptionem corporis nostri. Spe enim salvi facti sumus. Spes*

---

19 Rom. 12,12      3, 8sq. ille ... valde] cf. Gen. 1,31      10sq. Rom. 8,10  
13–16 Rom. 8,23–25

---

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )     $\lambda$ :  $\pi U$      $\varepsilon$ :  $N An_4$      $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$      $\zeta$ :  $P_6 T P_{23}$     *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2 (= F_2 F Mc_1)$

---

13 dicis  $\alpha ma$     18 hac] haec  $e_3 \delta$     19 accipit  $\delta$     20 erectionem quandam *tr.*  
 $\gamma_1 Y ma$     3, 5 tamquam] sicut  $X ma$     6 utique  $\alpha_2 \gamma_1 \zeta ma$ ; \*ubique *cett.*  
7 bonum<sup>1</sup> ... et *om.*  $\alpha$  | et ... nostra *om.*  $C_1 P_7$     11 utique  $D ma$ ; itaque *cett.*  
14 enim] autem  $\varepsilon$

15 *autem quae videtur, non est spes: quod enim videt quis, quid sperat?*  
*Si autem quod non videmus speramus, per patientiam exspectamus –*  
 quamvis ergo bonum aliquod sit corpus nostrum, tamen quam-  
 diu mortale propter peccatum, quamdiu indigens, quamdiu cor-  
 ruptibile, quamdiu ita mutabile ut ne puncto quidem temporis  
 20 consistat in se, procul dubio tale est ut optemus redemptionem  
 illius, qua sit aliquando non tale. Sed quale erit aliquando? Quale  
 idem apostolus dicit alio loco: *Oportet corruptibile hoc induere*  
*incorruptionem, et mortale hoc induere immortalitatem.* Sed etiam  
 cum fuerit tale corpus nostrum, corpus iam caeleste et spiritale,  
 25 corpus angelicum in societate angelorum, nec sic dabit consilium  
 animae. Semper enim corpus, quoniam corpus est, infra animam  
 est, et quaevis anima vilis excellentissimo corpore excellentior  
 invenitur.

(4.) Ne vobis hoc quasi mirabile videatur, quia et vilis  
 cc 2107 anima quaelibet peccatrix melior est quolibet magno et praestan-  
 tissimo corpore: non est melior meritis, sed natura. Est quidem  
 mi 1886 anima peccatrix, est quibusdam concupiscentiarum sordibus  
 5 inquinata, tamen melius est, etsi sordidum, aurum quam purgatis-  
 simum plumbum: ita currat animus vester per cuncta creaturae,  
 et videbitis quod dicimus non esse incredibile, ut quamvis anima  
 vituperabilis, laudabilior sit tamen laudabili corpore. Duo quae-  
 dam sunt, anima et corpus. Animam vitupero, corpus laudo:  
 10 animam vitupero quia iniqua est, corpus laudo quia sanum est;  
 tamen in suo genere animam laudo, vel in suo genere animam

---

22sq. 1 Cor. 15,53

---

$\pi: \alpha (V_2 Mc_1) \delta (A H_1) \quad \lambda: \pi U \quad \varepsilon: N A n_4 \quad \gamma_1: C_1 P_7 S o_1 \quad \zeta: P_6 T$   
 $P_{23} \quad \textit{lectiones selectae}: D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2 (= F_2 F M C_1)$

---

15 enim] autem  $\delta$  19 ita  $\zeta X ma$ ; vita *cett.* 20 in se *om.*  $\alpha$  21 aliquan-  
 do<sup>1</sup>] talis quando  $\alpha$  4, 1 nec  $\zeta ma$  3 est<sup>2</sup>] et  $\alpha$  4 anima] quia *praem.*  $U C_1$   
 $P_7$  5 inquinatam  $U$  | melior  $\gamma_1$  6 cuncta creaturae] cuncta creatura  $U Y$   
 (*ac.*); cunctam creaturam  $\alpha P_{15} T$ ; cunctas creaturas  $P_{23} Y^2$

culpo; et in suo genere corpus laudo, vel culpo. Si a me interrogas  
 quid sit melius, utrum quod vituperavi, an quod laudavi, mirabi-  
 lem responsionem recepturus es. Ego certe illud vituperavi, et  
 ego hoc laudavi. Interroga tu tamen quid sit melius! Respondeo 15  
 esse melius quod vituperavi eo quod laudavi. Si miraris in his  
 duobus, attende illa duo in promptu posita quae commemoravi  
 de auro et plumbo. Ecce vituperavi aurum: non bonum aurum,  
 sordidum est, non ita fulget, non ita purgatum. Optimum hoc  
 plumbum, nihil purgatius. Illud vituperavi, illud laudavi; et posui 20  
 ante te utrumque, vituperans unum, laudans aliud. Post hanc  
 vituperationem laudationemque meam interroga me quid horum  
 sit melius; respondebo: aurum melius est etiam sordidum, quam  
 plumbum purgatum. ‘Unde melius? Et quare vituperasti?’ Quare  
 vituperavi? Quia nondum est aurum quod potest esse. Quid pot- 25  
 est esse? Purgatum et melius. Quia nondum purgatum est, vitu-  
 peratum est. Plumbum quare laudatum est? Quia iam ita purga-  
 tum est ut melius esse non possit. Item dicis equum optimum, et  
 hominem pessimum; tamen equo laudato praeponis hominem  
 vituperatum. Si enim interrogeris ex his duobus qui sit melior, 30  
 responsurus es: ‘homo’, non meritis, sed natura. In artibus dicis  
 optimum sutorem, verbi gratia, et reprehendis aliquem iurisperi-  
 tum quod multas leges ignoret. Sutorem laudasti, iurisperitum  
 reprehendisti; ex his tamen duobus quaere qui sit melior: imperi-

---

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U f_3$   $\varepsilon$ :  $N A n_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 S o_1$   $\zeta$ :  $P_6 T$   
 $P_{23}$  *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$  (=  $F_2 F M c_1$ ) || 4, 18 non]  
*inc. f\_3*

---

12 et ... culpo *om.*  $\delta$  | a *om.*  $\varepsilon \gamma_1 \zeta X ma$  14 et ego *om.*  $U$  15 ego *om.*  $\alpha \varepsilon \zeta$   
 $P_{23}$  | hoc ego *tr.*  $\gamma_1$  | interroga tu] interrogatus  $\lambda P_{23} Y ma$  16 eo *om.*  $C_1 P_7$   
 17 illa] \*in *praem.*  $U P_5$  18 non] et *praem.*  $\pi$  19 hoc plumbum optimum  
*tr.*  $X ma$  20 illud<sup>2</sup>] hoc  $\gamma_1 ma$  21 te *om.*  $H_1 C_1 P_7$  | laudans] laudas  $C_1 P_7$   
 24 quare<sup>2</sup> *om.*  $C_1 P_7 P_{23}$  25 quod potest esse *om.*  $\varepsilon$  | quid potest esse *om.*  $\lambda$   
 $f_3 \zeta$  27 ita *om.*  $\varepsilon \zeta$  30 qui sit melior  $\delta U$ ; quid (quis  $V_2^2$ ) sit melior  $\alpha$ ; qui  
 sit melius  $C_1 P_7$ ; quid sit melius  $S o_1 D P_{15} Y X F ma$  34 quaere *om.*  $\alpha$  | qui]  
 quis  $\zeta S o_1 X^2 ma$ ; quid  $\alpha \varepsilon$

35 tior iurisperitus perfecto sutori praeponitur. Intendat caritas ves-  
tra. Ita multis rebus vituperatis aliisque laudatis, interrogati ple-  
rumque res vituperatas praeponimus rebus laudatis.

Natura animae praestantior est quam natura corporis, ex-  
cellit multum; res spiritalis est, res incorporea est, vicina est sub-  
stantiae dei. Invisible quiddam est, regit corpus, movet membra,  
40 dirigit sensus, praeparat cogitationes, exserit actiones, capit  
rerum infinitarum imagines, et quis est tandem, fratres carissimi,  
qui sufficiat laudibus animae? Et si in animae laudibus deficitur,  
quae laus est eius qui animam condidit? Et tamen tanta est eius  
cc 2108 gratia ut dicat homo iste: LAUDA, ANIMA MEA, DOMINUM. Quis  
potest laudare deum? Si diceret: 'Teipsam lauda', fortasse defice-  
ret. LAUDA inquit DEUM. Conare pietatis affectu, deficies in lau-  
dibus eius. Expedit tibi deficere laudando deum, quam proficere  
mi 1887 laudando te. Cum enim laudas deum, non explicas quod vis, ex-  
50 tenditur in interiora cogitatio tua: ipsa extensio capaciorem te  
facit eius quem laudas.

(5.) Quis ergo est, ut dicere coeperam, qui dicit: LAUDA,  
ANIMA MEA, DOMINUM? Caro non dicit. Sit licet corpus angeli-  
cum, inferius est quam anima; consilium superiori dare non pot-  
est. Infelix est ipsa anima, si a corpore exspectat consilium. Caro  
5 bene oboediens famula est animae; illa regit, haec regitur; illa  
imperat, ista famulatur; quando potest caro dare hoc consilium

5, 1 dicere coeperam] cf. 3, 1sq.

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U f_3$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T$   
 $g P_{23}$  *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ ) || 38 natura<sup>1</sup>] *inc. g* 42 imagines] *des. g* 44 animam] *des. f\_3* 45 lauda] *inc. K*

36 laudatis aliisque vituperatis *tr. X ma* | interrogate  $\varepsilon$  39 substantia  $g$   
40 invisibilis  $\pi$  | quaedam  $\delta$ ; quidem  $\alpha g$  | reget  $\delta$  41 actione  $g$  43 laudi-  
bus animae *tr. ζ* 47 laudat  $\delta$  | dominum  $\delta U \varepsilon K \zeta P_{23} Y$  49 non] et  
*praeem. γ\_1 K P\_{23} X ma* 50 anteriora  $\gamma_1 Y P_5$  5, 1 est ergo *tr. α* 2 sit] sed  $\pi$   
 $\varepsilon$  6 ista] haec  $\alpha$

animae? Quis est ergo qui dicit: LAUDA, ANIMA MEA, DOMINUM? Nihil invenimus amplius in homine quam carnem et animam: totus homo hoc est, spiritus et caro. An forte ipsa anima sibi dicit, et sibi quodam modo imperat, et se exhortatur atque excitat? Quibusdam enim perturbationibus ex quadam sui parte fluctabat; ex quadam vero parte, quam vocant mentem rationalem, illam qua cogitat sapientiam, inhaerens domino iam et suspirans in illum, animadvertit quasdam suas inferiores partes perturbari motibus saecularibus, et cupiditate quadam terrenorum desideriorum ire in exteriora, relinquere interiorem deum: revocat se ab exterioribus in interiora, ab inferioribus ad superiora, et dicit: 'LAUDA, ANIMA MEA, DOMINUM. Quid tibi placet in saeculo? Quid est quod vis laudare? Quid est quod vis amare? Quaecumque corporeis sensibus converteris, occurrit tibi caelum, occurrit tibi terra: quod amas in terra, terrenum est; quidquid amas et in caelo, corporeum est. Ubique amas, et ubique laudas? Quomodo est laudandus ille qui fecit ista quae laudas! Iam ergo diu occupata vixisti, et desideriorum diversitate verberata, portas plagas, saucia, divisa per amores multos, ubique inquieta, nusquam secura. Colligere ad te ipsam; quidquid tibi foris placebat, quaere quem habeat auctorem. Nihil melius in terra, verbi gratia, quam hoc et illud: aurum, argentum, animalia, arbores, amoenitates, totam terram cogita. Quid melius in caelo sole, luna, sideribus? Totum

---

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T K$   
 (exc.)  $P_{23}$  lectiones selectae:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ )  
 5, 7 dominum] des. K 9 an] inc. K 14 illum] des. K 16 revocat] inc. K  
 18 dominum] des. K

---

7 ergo est tr.  $\zeta$  11 fluctuabat  $K w$  12 ex quadam vero parte] quandam vero partem  $C_1 P_7$  13 illa  $\alpha TK$  | quam  $H_1 So_1$  | et suspirans iam tr.  $\alpha$   
 14 anima convertit  $\delta$  16 in] et  $C_1 P_7$  17 in] ad  $\gamma_1 YX ma$   
 20 converteris] te praem.  $So_1 C_1^2 ma$  21 et om.  $\lambda$  22 ubique laudas et ubique amas tr.  $\zeta$  23 laudandus est tr.  $X ma$ ; est om.  $\delta$

30 caelum cogita. Omnia ista simul bona valde, quia fecit deus  
omnia bona valde. Undique pulchritudo operis, quae tibi com-  
mendat artificem. Miraris fabricam? Ama fabricatorem. Non oc-  
cuperis in eo quod factum est, et recedas ab illo qui fecit. Haec  
enim quibus occuparis, sub te fecit, quia sub seipso te fecit. Si  
35 haerebis superiori, calcabis inferiora; si autem recedas a superi-  
cc 2109 ore, ista tibi in supplicium convertentur'. Sic enim factum est,  
fratres mei: accepit homo corpus tamquam in famulatum, deum  
autem dominum habens, servum corpus, habens supra se condi-  
torem, infra se quod sub illo conditum est; in medio quodam  
40 loco rationalis anima constituta legem accepit haerere superiori,  
regere inferiorem. Regere non potest inferiorem, nisi regatur a  
meliore. Trahitur ab inferiore? Deseruit ergo meliorem. Non  
potest regere quod regebat, quia regi noluit a quo regebatur.  
mi 1888 Modo ergo redeat, laudet. Consilium sibi ex luce dei dat ipsa  
45 anima per rationalem mentem, unde concipit consilium fixum in  
aeternitate auctoris sui. Legit ibi quiddam tremendum, laudan-  
dum, amandum, desiderandum et appetendum: nondum tenet,  
nondum capit, coruscatione quadam perstringitur, non est tam  
valida ut maneat ibi. Itaque colligit se ad sanitatem quandam, et  
50 dicit: LAUDA, ANIMA MEA, DOMINUM.

---

30sq. fecit ... valde] cf. Gen. 1,31

---

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T$   
 $P_{23}$  *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ ) || 32 miraris ...  
36 convertentur] cf. Prosp. sent. 73 (cc 68A, p. 275) 42 non ... regebatur] cf.  
Prosp. lib. sent. 74 (cc 68A, p. 275)

---

30 simul *om.*  $\varepsilon \zeta$  | omnia deus *tr.*  $\delta \varepsilon \zeta P_{23}$  31 quae *om.*  $\zeta$  32 occuparis  $\delta \varepsilon$   
35 recedas  $\alpha U An_4$  ( $N lnp.$ )  $P_{23}$ ; \*recedas  $A \varepsilon \gamma_1 Y X ma$ ; recedis  $H_1 T$  | superi-  
riori  $\gamma_1 T ma$  37 in famulatum] inflatum  $\alpha$  38 servum corpus habens *om.*  
 $\alpha P_6$  40 superiore  $\delta N$  44 ex] in  $C_1 P_7$  | det  $P_{23} Y$  45 concepit  $\varepsilon \zeta P_{23} Y$   
46 leget  $N \gamma_1 X$  | quiddam] quid est  $C_1 P_7$  47 et appetendum amandum de-  
siderandum *tr.*  $\alpha$  | et *om.*  $\gamma_1$  49 colligit  $\delta \varepsilon$



(6.) Et quid est, fratres? Nonne laudamus dominum? Nonne quotidie hymnos cantamus? Nonne quotidie pro modulo nostro sonat os nostrum, parturit cor nostrum laudes dei? Et quid est quod laudamus? Magnum est quod laudamus, sed quo laudamus adhuc infirmum est. Quando implet laudator excellentiam 5 laudati? Ecce homo stat, cantat deo aliquanto prolixius, et saepe labia moventur ad cantum, cogitatio autem per nescio qua desideria volat. Stabat ergo mens nostra quodam modo ad laudem dei, et anima nostra per diversas cupiditates vel curas negotiorum hac atque illac fluitabat. Quasi desuper attendit ipsa mens ad fluitantem hac atque illac, et eius inquietudinem molestiarum quasi conversa alloquitur: 'LAUDA, ANIMA MEA, DOMINUM. Quid est quod de aliis rebus satagis? Quid est quod te occupat cura rerum terrenarum atque mortalium? Sta mecum, lauda dominum'. Et quasi ipsa anima praegravata, et non valens ita consistere ut dignum est, respondet menti: LAUDABO DOMINUM IN VITA MEA. 10 Quid est IN VITA MEA? Quia modo in morte mea sum. Ergo prius exhortare te, et dic: LAUDA, ANIMA MEA, DOMINUM. Respondet tibi anima tua: 'Laudo quantum possum, tenuiter, exiliter, infirmiter'. Quare? *Quia quamdiu sumus in corpore, peregrinamur a domino.* Quare sic laudas dominum, non perfecte, non stabiliter? Interroga scripturam: quia *corpus quod corrumpitur aggravat ani-* 15 20

6, 20sq. 2 Cor. 5,6 22sq. Sap. 9,15

$\pi$ :  $\alpha (V_2 Mc_1) \delta (A H_1) \lambda$ :  $\pi U \varepsilon$ :  $N An_4 \gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1 \zeta$ :  $P_6 T K$   
(exc.)  $P_{23}$  lectiones selectae:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 \omega, \alpha_2 (= F_2 F Mc_1)$   
6, 16 laudabo] inc. K 19 exiliter] des. K 21 quare] inc. K

6, 1 quis  $V_2 \delta e_3$  2 hymnum  $\varepsilon P_{23} So_1 Y X T$ ; nos  $C_1 P_7$ ; hymnum nos *lo ma* | pro modulo nostro quotidie *tr. \zeta* 3 sonat os nostrum] sonatus nostri  $C_1 P_7$  4 quo] quod  $V_2 \delta U \varepsilon \gamma_1 X e_3$  5 laudatur excellentia  $\gamma_1$  6 homo *om. \varepsilon P\_6* | aliquando  $C_1 P_7$  7 quae  $\alpha \zeta So_1 X ma$  10 illuc  $C_1 X$ ; illic  $P_7$  13 satagis] agis  $\pi e_3$  | terrenarum rerum *tr. P\_{23} P\_6* 14 sta] ista  $U$ ; hic sta  $P_{23}$  17 in morte mea modo *tr. \zeta* 18 respondit  $C_1 P_7$  19 laudabo  $\alpha U$

*mam: corpus quod corrumpitur inquit aggravat animam, et deprimi-  
 25 terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Tolle mihi cor-  
 pus quod aggravat animam, et laudo dominum; tolle mihi terre-  
 nam habitationem deprimentem sensum multa cogitantem, ut a  
 multis in unum confluam, ut laudem dominum; quamdiu autem  
 cc 2110 ita sum, non possum, praegravor. Quid ergo? Silebis, et non  
 laudabis perfecte dominum? LAUDABO DOMINUM IN VITA MEA.*

(7.) Quid est IN VITA MEA? *Spes mea es tu hic – spes mea es tu  
 hic, dicimus; portio autem mea non hic, sed in terra viventium. In  
 terra viventium: nam ista terra morientium est. Hac transimus;  
 sed interest quo; quoniam et malus homo peregrinatur hic, et  
 5 bonus homo peregrinatur hic. Non enim bonus transit, et malus  
 hic permanet; aut malus transit, et bonus hic permanet: ambo  
 transeunt, sed non ambo ad unum. Duo erant: pauper ulcerosus  
 ad ianuam divitis iacens, et dives indutus purpura et bysso in epu-  
 lis quotidie splendidis; ambo hic erant, ambo hinc transierunt,  
 10 sed non ad unum locum; diversa loca suscipiunt, quia diversa  
 mi 1889 merita perducunt. Transiit pauper in sinu Abrahae, et transiit  
 dives ad tormenta inferorum. Vicini corpore in terra: ille in  
 domo, ille ante ianuam; post mortem tantum separati, ut dicat  
 Abraham: *Inter nos et vos chaos magnum firmatum est. Ergo, fra-**

7, 1sq. spes<sup>1</sup> ... viventium] Ps. 141,6      11sq. transiit<sup>1</sup> ... inferorum] cf. Luc.  
 16,11    14 Luc. 16,26

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )     $\lambda$ :  $\pi U$      $\varepsilon$ :  $N An_4$      $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$      $\zeta$ :  $P_6 T K$   
 (exc.)  $P_{23}$     lectiones selectae:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ )  
 24 cogitantem] des. K    27 quamdiu] inc. K    7, 3 est] des. K    14 ergo] inc. K

23 corpus ... animam om.  $\alpha ma$  | aggravat animam inquit tr.  $So_1 X$     27 ut  
 laudem] et laudem  $\gamma_1 P_6$ ; et laudo lo ma    7, 1 es tu<sup>1</sup>  $\lambda$ ; tu es  $\varepsilon P_{23} Y ma$ ;  
 om.  $C_1 P_7$  | spes<sup>2</sup> ... hic om.  $Y$     2 hic<sup>1</sup>] huic  $C_1 P_7$  | in terra viventium<sup>2</sup>  $U$ ;  
 om. cett. ma    3 hac] hinc ma    4 quo om.  $C_1 P_7 P_{23}$     6 hic<sup>2</sup> om.  $U$   
 7 ulcerosus] et praem.  $C_1 P_7 P_6$     8 iacens divitis tr.  $\gamma_1 X ma$  | purpurae  $\delta$   
 9 splendide  $\gamma_1$  | hinc] hic  $H_1 C_1 P_7 X$     11 transiit<sup>1</sup>] transit  $\gamma_1$  | sinum  $V_2 X$   
 ma | transiit<sup>2</sup>] transit  $\gamma_1$     12 ad] in lo ma    14 vos et nos tr.  $C_1 P_7 X ma$

tres, quoniam spes hic pascit, vita autem nostra perfecta non est, nisi illa quae promittitur – hic gemitus, hic tentationes, hic angustiae, hic maerores, hic pericula – laudabit anima nostra dominum quomodo laudandus est (quod dicit in alio psalmo: *Beati qui habitant in domo tua, in saecula saeculorum laudabunt te*), quando totum negotium nostrum ipsa laus erit. Sed quando hoc? IN VITA MEA. Modo enim quid est? Posset tibi dicere: ‘Mors mea’. Unde mors tua? ‘Quia peregrinor a domino. Si enim haerere illi vita est, recedere ab illo mors est’. Sed quid te consolatur? ‘Spes’. Iam vivis in spe, de spe lauda, de spe canta. Unde mors tua est, non cantes; unde vivis, canta. Mors tua est de maerore huius saeculi, vivis in spe futuri saeculi. LAUDABO inquit DOMINUM IN VITA MEA.

(8.) Et quomodo laudabis dominum tuum? PSALLAM DEO MEO QUAMDIU SUM. Qualis illa laudatio: PSALLAM DEO MEO QUAMDIU SUM! Videte, fratres mei, quale erit illud esse! Ubi sempiterna laudatio erit, sempiternum esse erit. Ecce modo es; numquid psallis deo tuo quamdiu es? Ecce psallebas; avertisti te ad aliquod negotium, iam non psallis, et es; ecce es, et non psallis. Fortassis etiam cupiditate inclinatus ad aliquid, non solum non psallis, sed et offendis auditum eius, et es tamen. Quae erit illa

---

18sq. Ps. 83,5

---

$\pi$ :  $\alpha (V_2 Mc_1) \delta (A H_1)$   $\lambda$ :  $\pi U$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T K$   
 (exc.)  $P_{23}$  *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2 (= F_2 F Mc_1)$   
 16 promittitur] *des. K* 8, 1 et] *inc. K* 2 sum] *des. K* 3 videte] *inc. K*

---

17 laudavit  $U C_1 P_7$  | nostra] mea  $V_2 T$  18 quod dicit] quod dicitur  $\varepsilon Y P_6$ ;  
 quid dicitur  $P_{23}$ ; dicitur  $X T$ ; secundum quod dicitur (dicit  $H_1^2$ )  $H_1^2 lo ma$   
 20 nostrum *om. \alpha* | quomodo  $\varepsilon \gamma_1 Y$  21 quid est] quidem  $C_1 P_7$ ; quidam  
 $C_1^2 So_1 X$  | est *om. \alpha* | possit  $\pi$ ; possim  $P_{23} Y$  24 mors tua est] mortua es  
 $U$ ; mortuus es  $\gamma_1 X$  | mors ... canta *om. C\_1 P\_7* 25 cantes] -as  $\lambda P_6 P_{23}$   
 mors tua est] mortua es  $U$ ; mortuus es  $\gamma_1 X$  26 saeculi futuri *tr. lo ma*  
 8, 2 qualis ... sum *om. \alpha H\_1 (ac.)* 4 erit esse *tr. \alpha* 6 aliquod] aliud  $\alpha e_3$   
 8 es tamen] testamentum  $C_1 P_7$  | illa *om. K C\_1 P\_7*

laudatio, ubi quamdiu es laudas? Sed quid ait QUAMDIU SUM?

10 Aliquando forte non erit? Immo aeternum erit ipsum diu, et ideo vere diu erit. Nam quidquid finem habet in tempore, quamlibet longum sit, diu non est. PSALLAM DEO MEO QUAMDIU SUM.

cc 2111 (9.) Interim bene laudabis deum in vita tua, psalles de futuro deo tuo quamdiu es. Bene, quidquid hic praesumendum est, de illo spera. Non nos deserat spes in ista peregrinatione et tentatione, in istis improbitatibus et insidiis inimici, circumstrepentibus undique tempestatibus saeculi, undique in angoribus constitutos. Quid ergo faciemus? Audi quid sequatur: NOLITE FIDERE IN PRINCIPES. Fratres, magnum negotium hic accipimus; divina vox est, desuper sonat. Novo modo enim nescio qua infirmitate anima humana quando fuerit tribulata, hic desperat de deo, et vult praesumere de homine. Dicatur homini in afflictione aliqua constituto: 'Est quidam homo magnus per quem possis liberari', arridet, gaudet, erigitur. Dicatur illi: 'Liberat te deus', quasi desperatione frigescit. Promittitur auxilium mortalis, et gaudes: promittitur immortalis, et tristis es. Promittitur tibi quod liberat te tecum liberandus, et tamquam aliquo magno auxilio exsultas. Promittitur ille liberator qui liberatore non indiget, et quasi ad fabellam desperas. Vae talibus cogitationibus; longe pere-

---

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T K$  (*exc.*)  $P_{23}$  *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} YX e_3 w, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ ) || 9, 2 es] *des. K*

---

9 laudes  $\varepsilon \zeta K ma$  11 quamlibet] quam diu libet  $U$ ; quolibet  $C_1 P_7$  12 est] sit  $\gamma_1$  9, 1 dominum  $\gamma_1 K X T ma$  | psalles  $UK P_{23}$ : -is *cett. ma* 2 hic quidquid *tr. \zeta* 5 temptationibus *lo ma* | angoribus] languoribus  $\varepsilon \gamma_1 P_{23} Y$ ; laboribus  $\zeta$ ; laboribus et angoribus *ma* 6 constituti  $\varepsilon \gamma_1 T$  | facimus  $\delta U$ ; faciam  $\alpha e_3$  | quid<sup>2</sup>] quod  $C_1 P_7 P_{23} P_6$  7 confidere  $\varepsilon \gamma_1 \zeta P_{23} YX ma$  | principibus  $\gamma_1 P_{23}$  8 desuper] et *praem.*  $\varepsilon \gamma_1 \zeta P_{23} YX ma$  | novo] nobis  $\varepsilon \gamma_1 \zeta Y ma$ ; nobis *praem.*  $P_{23}$  10 deo] domino  $X ma$  | dicatur] quod si *praem.*  $C_1^2 So_1 X ma$ ; quasi *praem.*  $C_1 P_7$  11 magnus homo *tr. \delta* 15 liberet  $X ma$  | aliquo *om. \alpha* 17 quasi] qua  $C_1 P_7$  | fabulam  $\delta So_1$ ; favillam  $\alpha \varepsilon P_{23}$  | peregrinatur  $C_1 P_7$

grinantur; vere misera et magna mors in eis. Appropinqua, incipe mi 1890  
 desiderare, incipe quaerere et agnoscere eum a quo factus es. Non  
 enim deserit opus suum, si ab opere suo non deseratur. Converte 20  
 ergo te ad illum cui dicis: LAUDABO DOMINUM IN VITA MEA,  
 PSALLAM DEO MEO QUAMDIU SUM. Monet enim nos iam imple-  
 tus tanto spiritu iste, et dicit quasi longe remotis, et longe pere-  
 grinantibus, et non solum deum non volentibus laudare, sed non-  
 v. 3 dum vel de deo sperantibus: NOLITE FIDERE IN PRINCIPES ET IN 25  
 FILIOS HOMINUM, QUIBUS NON EST SALUS. In uno filio hominis  
 salus, et in ipso non quia filius hominis, sed quia filius dei, non  
 propter id quod suscepit ex te, sed propter id quod servavit in se.  
 Ergo in nullo homine salus, quia et in illo ideo salus quia deus,  
*qui est super omnia deus benedictus in saecula*. De Christo dictum 30  
 est: *ex quibus Christus secundum carnem*. Ex quibus? Ex Iudaeis,  
 ex patribus *Christus secundum carnem*; sed numquid hoc totum  
 Christus, quod secundum carnem? Non! Neque enim secundum  
 carnem idem *super omnia benedictus in saecula*. Ideo in illo salus,  
 quia *domini est salus* – dicit enim alius psalmus: *Domini est salus,* 35  
*et super populum tuum benedictio tua* –, et sine causa sibi arrogant  
 homines quia dant salutem. Sibi dent! Responde superbo homini:  
 ‘Gloriaris, quia dicis te dare mihi salutem? Tibi da! Vide si habes  
 eam. Considerans bene fragilitatem tuam, vides quia nondum

9, 30 Rom. 9,5 35sq. Ps. 3,9

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2$   $Mc_1$ )  $\delta$  ( $A$   $H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi$   $U$   $f_3$   $\varepsilon$ :  $N$   $An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1$   $P_7$   $So_1$   $\zeta$ :  $P_6$   $T$   
 $K$  (*exc.*)  $P_{23}$  *lectiones selectae*:  $D$   $P_3$   $P_5$   $P_{15}$   $Y$   $X$   $e_3$   $w$ ,  $\alpha_2$  (=  $F_2$   $F$   $Mc_1$ )  
 22 monet] *inc. K* 28 ser[vavit *inc. f\_3* 30 saecula] *des. K* 34 ideo] *inc. K*  
 35 salus<sup>2</sup>] *des. K*

18 vera  $\varepsilon$  | mira  $\lambda$  20 deseret  $\gamma_1$  *ma* | convertere  $N$   $\gamma_1$  *ma* 22 enim] ergo  $\delta$   
 23 longe<sup>1</sup>] de *praem.*  $\varepsilon$   $\zeta$   $P_{23}$   $D$  25 confidere  $\varepsilon$   $\gamma_1$   $\zeta$   $P_{23}$  *ma* | principes] prin-  
 cipibus  $\alpha$   $\gamma_1$   $X$   $e_3$  | in<sup>2</sup> *om.*  $\pi$   $e_3$  26 filiis  $\varepsilon$   $\gamma_1$   $P_{23}$   $X$   $e_3$  | quibus] in *praem.*  $So_1$   
 $X$  27 et in ipso *om.*  $\alpha$  28 in  $f_3$  *al.*; *om.*  $\pi$  29 salus<sup>2</sup> *om.*  $C_1$   $P_7$  34 idem  
 $V_2$   $An_4$   $P_{23}$   $\zeta$ ; id est *cett. ma* | benedictus] deus *praem.*  $\zeta$  *ma* 36 et<sup>2</sup> *om.*  $\lambda$   $f_3$   
 arrogant sibi *tr.*  $\delta$

40 habes. Ergo noli monere ut exspectem a te, sed exspecta mecum'.  
 NOLITE FIDERE IN PRINCIPES ET IN FILIOS HOMINUM, QUIBUS  
 cc 2112 NON EST SALUS. Ecce nescio qui principes procedunt, nescio  
 unde, et dicunt: 'Ego baptizo, et ego quod dederō, hoc est sanc-  
 tum; et si ab alio acceperis, nihil accepisti; si a me acceperis, ali-  
 45 quid accepisti'. O homo, o princeps, inter filios hominum vis  
 esse, et inter principes quibus non est salus? Ideo ergo habeo salu-  
 tem quia tu mihi das? Tuum est enim quod das? Aut vero etiam  
 tu das? Vel hoc dicendum est, quia tu das? Dicat et fistula quod  
 ipsa dat aquam; dicat et canalis quia ipse manat; dicat et praeco  
 50 quia et ipse liberat. Ego in aqua attendo fontem, in voce praeco-  
 nis agnosco iudicem. Non eris tu plane auctor salutis meae; ille  
 erit de quo securus sum; de te incertus sum. Si non sis arrogans,  
 non ego solus de te incertus sum, sed et tu de te. Ab illo ergo  
 mihi salus *qui est super omnia*, quia *domini est salus*. Tu inter filios  
 55 hominum, tu inter principes, sed audio vocem psalmi: NOLITE  
 FIDERE IN PRINCIPES ET IN FILIOS HOMINUM, QUIBUS NON EST  
 SALUS.

(10.) Secundum turbam hominum, quid sunt isti filii homi-  
 num? Quid sint vis scire? EXIET SPIRITUS EIUS, ET REVERTETUR  
 IN TERRAM SUAM. Ecce totum quod loquitur, nesciens quamdiu  
 loquatur; minatur, nesciens quamdiu vivat. Subito exiet spiritus

---

54 Rom. 9,5 | Ps. 3,9

---

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2$   $Mc_1$ )  $\delta$  ( $A$   $H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi$   $U$   $f_3$   $\varepsilon$ :  $N$   $An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1$   $P_7$   $So_1$   $\zeta$ :  $P_6$   $T$   
 $K$  (*exc.*)  $P_{23}$  *lectiones selectae*:  $D$   $P_3$   $P_5$   $P_{15}$   $Y$   $X$   $e_3$   $\omega$ ,  $\alpha_2$  (=  $F_2$   $F$   $Mc_1$ )  
 42 ecce] *inc.*  $K$  52 sum] *des.*  $K$  55 audio] *inc.*  $K$

---

41 noli  $\zeta$  | fidere] *confidere*  $\varepsilon$   $\gamma_1$   $\zeta$   $P_{23}$   $Y$   $X$  *ma* | principes ... filios  $f_3$  *al.*; -pi-  
 bus ... -iis  $\gamma_1$  | quibus] *in praem.*  $N$   $So_1$   $X$  *ma* 42 nescio] *scio*  $\varepsilon$   $\zeta$   $P_{23}$   $Y$   
 43 hoc *om.*  $\delta$  | sanctum est *tr.*  $\delta$  48 quod] quia  $X$  *ma* 49 ipsa] et *praem.*  $X$   
*ma* | ipse] ipsa  $\alpha$   $e_3$  | et<sup>2</sup> *\*om.*  $\lambda$  50 aquam  $A$   $N$   $K$   $\zeta$  51 agnosce  $C_1$   $So_1$   
 55 audi  $F_2$   $U$   $K$   $P_{23}$   $Y$  56 fidere  $\lambda$   $f_3$   $K$ ; *confidere cett.* *ma* | in<sup>2</sup> *om.*  $\gamma_1$   
 quibus  $\delta$   $U$   $P_6$   $P_{23}$  *Psalt. Ver.*; *in praem.*  $\alpha$ ; *a praem.*  $\gamma_1$   $T$  *ma* 10, 1 qui  $\alpha$   $So_1$   
 $X$  2 qui  $V_2$   $\gamma_1$  | sunt  $\gamma_1$   $X$   $P_6$  *ma*

eius, et revertetur in terram suam. Numquid quando vult exiet 5  
 spiritus eius? Exiet et quando non vult. Exiet et quando nescit.  
 REVERTETUR IN TERRAM SUAM: exeunte spiritu caro revertetur mi 1891  
 in terram. Sed quia caro erat quae sic loquebatur – ‘de me’ enim  
 ‘praesume, et ego tibi do’ non dicerent nisi illi de quibus dictum  
 est *quia caro sunt* –, EXIET SPIRITUS EIUS, ET REVERTETUR IN TER- 10  
 v. 4 RAM SUAM: IN ILLA DIE PERIENT OMNES COGITATIONES EIUS.  
 Ubi est typhus? Ubi est superbia? Ubi est iactantia? Sed forte ad  
 locum bonum transierit, transierit adiutus, si tamen transiit.  
 Nam qui sic loquebatur, nescio quo transierit. Loquebatur enim  
 superbia; et nescio quo transeant tales homines, nisi quia inspicio 15  
 alterum psalmum, et video malum eorum esse transitum: *Vidi  
 impium exaltari super cedros Libani, et transivi, et ecce non erat; et  
 quaesivi eum, et non est inventus locus eius.* Iste pius qui transiit et  
 non invenit impium, illuc pervenit ubi non est impius. Ergo,  
 fratres, omnes audiamus; fratres dilecti deo, omnes audiamus: in 20  
 qualibet tribulatione, in quolibet desiderio muneris divini, non  
 fidamus in principes nec in filios hominum, quibus non est salus.  
 Totum hoc mortale transitorium et caducum est. EXIET SPIRITUS  
 EIUS, ET REVERTETUR IN TERRAM SUAM: IN ILLA DIE PERIENT  
 OMNES COGITATIONES EIUS. 25

---

10, 10 Gen. 6,3 16–18 Ps. 36,35–36

---

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U f_3$   $\varepsilon$ :  $N A n_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 S o_1$   $\zeta$ :  $P_6 T$   
*K* (*exc.*)  $P_{23}$  *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ )  
 10, 5 suam] *des. K* | exiet] *inc. K* 8 terram] *des. K* 10 exiet] *inc. K*  
 12 iactantia] *des. K* 23 exiet] *inc. K*

---

5 numquid ... 7 suam *om.  $\alpha$*  9 praesumo  $\gamma_1 X$  11 perient  $\delta U N P_{23} T$   
*Psalt. Ver.*; peribunt *cett. ma* | eorum  $V_2 A H_1^2 \varepsilon P_{23} Y$  12 sed] si  $\alpha P_{15}$   
 13 transierit<sup>2</sup>  $U f_3 P_5$ ; *om. cett. ma* | adiutus  $U f_3 P_3$ ; ad iustos *cett. ma*  
 transiit] transit  $U f_3$  14 transierant  $\delta$  18 eius  $f_3 al$ ; *om. U P\_6* | transii  $\gamma_1 X$   
 19 impius *om.  $\pi$*  20 deo] a *praem. U* 22 quibus] in *praem. S o\_1 ma*  
 23 mortale] est *add.  $\zeta$*  24 perient  $\delta U f_3 P_{23} Y T$ ; peribunt *cett. ma*

cc 2113 (11.) Quid ergo facimus, si in filios hominum, si in principes non est sperandum? Quid facimus? BEATUS CUIUS DEUS IACOB ADIUTOR EST. Non ille homo aut ille homo, non ille angelus aut ille angelus, sed BEATUS CUIUS DEUS IACOB ADIUTOR, 5 quia et ipsi Iacob sic fuit adiutor ut de Iacob faceret Israel. Magnum adiutorium, Israel iam 'videns deum'. Hic ergo positus et peregrinus nondum vides: si habueris adiutorem deum Iacob, ex Iacob eris Israel, et eris videns deum; et periet omnis labor et omnis gemitus, transiet curae mordaces, succedent laudes felices. BEATUS CUIUS DEUS IACOB ADIUTOR EST, huius Iacob. Quare iste beatus, interim adhuc in hac vita gemens? SPES ILLIUS IN DOMINUM DEUM IPSIUS. Ideo beatus, quia SPES IPSIUS IN DOMINUM DEUM IPSIUS. In quo est spes ipsius, ipse erit res ipsius. Fratres, an forte erravi, quia dixi rem nostram futurum deum? Quid 10 si dicerem hereditatem nostram futurum? *Spes mea es tu, portio mea in terra viventium*. Tu eris portio mea. Eris tu possessio, et possidebis; possessio dei eris, et possessio tua erit deus; tu eris possessio eius ut colaris ab eo, et ipse erit possessio tua ut colas eum. Nam et tu colis deum, et coleris a deo. Recte dicitur: 'Colo deum'. Quomodo autem color a deo? Invenimus apud apostolum: *Dei inquit agricultura, dei aedificatio estis*. Et dominus: *Ego*

11, 5 de ... Israel] Gen. 32,28 15sq. Ps. 141,6 21 1 Cor. 3,9 21sq. Io. 15,1.5

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2$   $Mc_1$ )  $\delta$  ( $A$   $H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi$   $U$   $f_3$   $\varepsilon$ :  $N$   $An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1$   $P_7$   $So_1$   $\zeta$ :  $P_6$   $T$   
 $K$  (exc.)  $P_{23}$  *lectiones selectae*:  $D$   $P_3$   $P_5$   $P_{15}$   $Y$   $X$   $e_3$   $\omega$ ,  $\alpha_2$  (=  $F_2$   $F$   $Mc_1$ )  
 11, 2 facimus] *des. f\_3* 8 deum] *des. K* 10 beatus] *inc. K* 13 ipsius] *des. K*

11, 3 est] eius  $P_{23}$   $Y$ ; eius *add.  $\delta$   $\varepsilon$   $\zeta$   $ma$*  4 adiutor] est *add.  $\pi$*  5 ipse  $C_1$   $P_7$  adiutor] est *add.  $\pi$*  7 vides]  $U$   $K$   $C_1$   $P_7$   $P_6$ ; \*videns *cett.  $ma$* ; deum *add.  $\alpha$   $ma$*  9 transeunt  $\alpha$  10 est *om.  $P_{23}$   $Y$* ; eius *add.  $\varepsilon$   $\zeta$   $X$*  11 illius] ipsius  $\delta$ ; eius  $K$  12 dominum deum] domino deo  $K$   $P_{23}$   $Y$  | ideo ... ipsius *om.  $\alpha$*  13 res  $U$   $P_{23}$   $Y$   $P_6$   $An_4$  *ma*; rex *cett.* 14 dixi rem nostram] dixerim nostrum  $\varepsilon$   $\gamma_1$   $T$  15 si] sic  $\delta$  16 possessus  $\lambda$   $\zeta$  20 apud *om.  $U$*  21 agricultura] estis *add.  $\lambda$   $\varepsilon$   $P_6$*



*sum inquit vitis, vos estis sarmenta, et pater meus agricola. Colit te ergo deus ut sis fructuosus; et colis deum ut sis fructuosus. Tibi bonum est quod te colit deus; tibi bonum est quod colis deum. Cultor deus si recedat ab homine, desertus fit homo; cultor homo si recedat a deo, desertus fit ipse homo. Nec crescit deus accedente te, nec decrescit discedente te. Ergo erit ipse possessio nostra ut nos pascat; et erimus possessio ipsius ut nos regat.*

(12.) SPES ILLIUS IN DOMINUM DEUM IPSIUS. Quis est iste dominus deus ipsius? Attendite, fratres. Multi enim habent multos deos et dicunt eos dominos suos et deos suos. Sed dicit apostolus: *Etsi sunt qui dicuntur dii, sive in caelo, sive in terra; quemadmodum sunt multi dii, et domini multi: nobis tamen unus deus, pater, ex quo omnia, et unus dominus Iesus Christus, per quem omnia.* Ergo ipse fit spes tua dominus deus tuus: in illo sit spes tua. In domino deo suo est spes etiam illius qui colit Saturnum. In domino deo ipsius est spes qui colit Martem, qui colit Neptunum, qui colit Mercurium; plus addo, qui colit ventrem, de quibus dictum est: *quorum deus venter.* Ergo ille illius deus, atque ille illius. Quid huius beati? Quia SPES IPSIUS IN DOMINO DEO IPSIUS. Sed quis est iste? QUI FECIT CAELUM ET TERRAM, MARE ET OMNIA QUAE IN EIS SUNT. Fratres mei, magnum deum habemus. Benedicamus nomen sanctum eius, quia dignatus est facere

12, 4–7 1 Cor. 8,5,6 11 Phil. 3,19

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T K$   
 (exc.)  $P_{23}$  lectiones selectae:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 \omega, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ )  
 12, 1 quis] *inc. K* 2 ipsius] *des. K* 13 qui] *inc. K* 15 eius] *des. K*

22 estis *om.  $\delta$*  | te *om. U* | ergo te *tr.  $\alpha$*  24 quod?] et *praem.  $\alpha$*  28 ipsius] illius  $C_1 P_7$ ; eius  $So_1 X ma$ ; *om. U* 12, 1 illius] ipsius  $\gamma_1 P_{23} Y$  | est *om.  $\delta$*  2 multos *om.  $\delta$*  3 deos suos] deus  $\delta$  4 dicantur  $\pi \zeta P_{23}$  5 dii multi *tr. Y X ma* 6 Christus Iesus *tr.  $\zeta$*  7 ipse fit] ipse sit  $V_2 P_{23} X P_6$  (*deest U*); sit ipse *lo ma* 11 venter] est *add.  $\alpha \varepsilon \gamma_1 \zeta P_{23} ma$*  12 quid] quis *lo ma* | ipsius<sup>1</sup> *om.  $\gamma_1 X$*  13 quis] qui  $\delta P_{23}$

- nos possessionem suam. Nondum vides deum, non potes habere plene quod nondum vides. Quae vides, ipse fecit. Miraris mundum? Quare artificem mundi. Suspicias caelum, et exhorrescis? Cogitas universam terram, et contremiscis? Maris magnitudinem  
 20 quando cogitatione occupas? Respice innumerabilitatem stellarum. Respice tanta genera seminum, tantas diversitates animalium, quidquid natat in aquis, reperit in terra, volitat in aere, circuit in caelo: omnia ista, quam magna, quam praeclara, quam pulchra, quam stupenda! Ecce qui fecit haec omnia, deus tuus est.  
 25 Pone ibi spem tuam, ut sis beatus: SPES ILLIUS IN DOMINUM DEUM IPSIUS. Quem? QUI FECIT CAELUM ET TERRAM, MARE ET OMNIA QUAE IN EIS SUNT. Magnum deum habemus.

- (13.) Attendite, fratres, magnum deum, bonum, facientem talia. Quid ergo hinc cogitavit deus, ut faceret – si tamen dicendum est de deo ‘cogitavit’ – CAELUM, TERRAM, MARE, ET OMNIA  
 5 omnia magna ista; caelum, terram, mare fecit deus; quando me computat inter ea quae fecit? Et vere ego pertineo ad curam ipsius, et modo de me cogitat deus, aut scit an vivam?’ Quid est hoc quod dicis? Non subrepat tibi in cor mala cogitatio; de his esto de quibus paulo ante loquebamur: LAUDABO DOMINUM IN  
 10 VITA MEA, PSALLAM DEO MEO QUAMDIU SUM. Sed iste talis alloquitur nescio quos tepidos, quos exhortatur, et quasi veretur ne

---

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T K$   
 (exc.)  $P_{23}$  lectiones selectae:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ ) || 17 quae]  
 inc.  $K$  20 occupas] des.  $K$  24 qui] inc.  $K$  27 sunt] des.  $K$

---

16 habere] cf. supra 11,17sq.; amare  $\varepsilon \gamma_1 \zeta P_{23} Y X ma$  18 quare] quare non  
 $\gamma_1 ma$  20 cogitationem  $\delta$  27 habemus deum tr.  $\gamma_1 X ma$  13, 1 bonum  
 deum tr.  $\gamma_1 X$  3 caelum] et add.  $P_7 So_1$  4 forte ... homo om.  $\pi$  | ista  $\alpha$   
 5 caelum] et add.  $\pi \varepsilon T ma$  6 computat] deus add.  $\varepsilon \gamma_1 \zeta P_{23} Y X ma$  | ad  
 curam ipsius pertineo tr.  $\varepsilon \zeta$  8 hoc om.  $H_1 \varepsilon \zeta$  | mala cogitatio in cor tr.  $X$   
 $ma$  9 de] om.  $\zeta$  10 talis  $\delta U So_1 X P_6$ ; aliis  $\alpha N Y C_1 P_7$ ; alios  $An_4 C_1^2 T$   
 $ma$ ; et alios  $P_{23}$  11 vetetur  $C_1 P_7$ ; vetat  $So_1 X$

desperent de se, quia vel non sunt in computo dei. Multorum enim tales sunt cogitationes. Sed ideo deserunt, et pergunt per quaelibet peccata, quia non credunt curare deum quid agant. 15  
 ‘Audi eloquia divina, noli de te desperare. Qui curavit facere te, non curat reficere te? Nonne deus tuus est qui fecit caelum et terram et mare?’ Si ista sola diceret, forte responderes tu: ‘Deus mi 1893  
 qui fecit caelum et terram et mare, magnus deus; sed numquid cogitat de me?’ ‘Ipse te fecit’, diceretur tibi. ‘Quomodo? Numquid ego sum caelum aut ego sum terra aut ego sum mare?’ Et 20  
 quid es? ‘Manifestum est, nec caelum sum, nec terra sum, nec mare sum’. Sed in terra es! Vel hoc concedis mihi, quia in terra es. Audi quia non tantum caelum et terram et mare deus fecit: FECIT enim CAELUM ET TERRAM ET MARE ET OMNIA QUAE IN EIS SUNT. Si ergo OMNIA QUAE IN EIS SUNT, et te. Parum dico ‘te’: 25  
 passerem, locustam, vermiculum; nihil horum non ille fecit, et cura est illi de omnibus. Non ad praeceptum cura est; nam praeceptum soli homini dedit. Dicit enim psalmus: *Homines et iumenta salvos facies, domine; secundum multitudinem misericordiae tuae, deus. Multitudinem inquit misericordiae tuae: secundum 30  
 hanc salvos facies homines et iumenta.* Et apostolus: *Numquid de bobus cura est deo? Hac de bobus cura non est deo, hac homines et iumenta salvos facies, domine: numquid contraria sunt ista? Non!*

13, 28–30 Ps. 35,7–8  
 quid ... deo] 1 Cor. 9,9

31 salvos ... iumenta] Deut. 25,4

31sq. num-

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T$   
 $P_{23}$  lectiones selectae:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ )

12 conspectu  $An_4 P_7$ ; computum  $C_1 P_6$  13 deserunt] deseruntur  $\zeta$ ; deum  
*add. H\_1^2 lo ma* 15 de *om. H\_1 (ac.)  $\varepsilon \gamma_1 P_{23} Y X T$*  16 te *om. U* 17 ista *om.*  
 $C_1 P_7$  18 fecisti  $\gamma_1 X$  | et<sup>2</sup> *om.  $\gamma_1$  | dominus U* 21 quid es] quis es  $\delta So_1$ ;  
 quidem  $C_1 P_7 ma$  22 es  $U P_{23}$ ; sum *cett. ma* | vel ... es *om.  $\delta$*  23 es] sum  $\varepsilon$   
 25 et te *om.  $C_1 P_7$*  31 facies  $U X Y$ ; facis *cett. ma* 32 hac<sup>1</sup>] et *praem.  $\varepsilon \zeta C_1^2$*   
 33 non quid ergo  $U P_6$ ; numquid ergo  $\delta \varepsilon \gamma_1 P_{23} Y T$ ; quid ergo  $\alpha$ ; quid enim  
*lo ma*

Quid ergo ait apostolus: *Numquid de bobus pertinet ad deum?* Ubi  
 35 praeceptum dedit: *bovi tritुरanti os non infrenabis*, ibi de bobus  
 non cogitavit deus. Itaque quosdam boves voluit significare. Non  
 enim hoc curat deus, quid agas cum bobus; habet hoc natura ipsa  
 humana. Sic factus est homo, ut norit consulere iumentis suis;  
 nec inde praecepta a deo accepit, sed insinuatum est illi in men-  
 40 tem a deo, ut possit et sine praecepto facere: fecit illum talem  
 deus. Sed quomodo regit pecus, regendus ab alio; ab eo a quo  
 regitur, praeceptum accepit. Ad praecepti ergo tenorem, non *est*  
*de bobus cura deo*; ad providentiam universitatis, qua creavit  
 omnia et mundum regit, *homines et iumenta salvos facies, domine*.

(14.) Intendat caritas vestra. Hic forte aliquis dicat mihi:  
 ‘De novo testamento est quia *de bobus non pertinet ad deum*;  
*homines et iumenta salvos facies, domine* de veteri testamento est’  
 – sunt qui calumniantur, et dicant non sibi consonare ista duo  
 5 testamenta. Ne forte aliud dicat in vetere, aliud in novo, et  
 flagitet de me sententiam de novo talem qualis est haec: *Homines*  
*et iumenta salvos facies, domine*, quid facio? Nihil tam in capite  
 novi testamenti quam evangelium. In evangelio invenio quia  
 omnia ista pertinent ad deum, nemo erit iam qui contradicat.  
 10 Numquid enim apostolus evangelio contrarius erit? Audiamus  
 ipsum dominum, principem et magistrum apostolorum. *Respiciite*

---

14, 11–13 Matth. 6,26

---

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T$   
 $P_{23}$  *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ )

35 praeceptum dedit] est praeceptum  $\gamma_1 X ma$  36 \*significari  $\pi \varepsilon \zeta P_{23} Y X$   
 $ma$  37 deus] monere *add.*  $\varepsilon \gamma_1 \zeta P_{23} Y X ma$  | agat  $\varepsilon Y T$  | ipsa *om.*  $C_1 P_7$   
 38 consuleri  $C_1 P_7$  | iumentis suis] iumento suo  $\zeta$ ; -ti sui  $\delta N$  39 illi *om.*  $\pi$   
 mente  $U T$  41 regendus] regendo  $\alpha$ ; est *add.*  $ma$  | a *om.*  $\lambda$  42 ad] sed  $\delta$   
 43 quia  $C_1 P_7$  44 domine] \*deus  $U N \zeta P_{23}$  14, 2 qui  $C_1 P_7$  3 veteri] vete-  
 re  $\delta \varepsilon So_1 P_{23}$  ( $U lnp.$ ) 5 veteri  $\alpha$  6 est *om.*  $C_1 P_7$  | haec est *tr.*  $An_4 P_{23} ma$   
 homines *om.*  $C_1 P_7$  9 erit *om.*  $C_1 P_7$  | iam *om.*  $So_1 X$ ; et *praem.*  $C_1 P_7$   
 10 enim *om.*  $\delta$

inquit *volatilia caeli, quia non seminant, neque metunt, neque congregant in horreum, et pater vester caelestis pascit illa*. Ergo et praeter hominem animalia ista pertinent ad curam dei, ut pascantur, non ut legem accipiant. Quod ergo ad dandam legem 15  
attinet, de bobus cura deo non est; quod autem ad creanda, pascenda, gubernanda et regenda, omnia ad deum pertinent. *Nonne duo passeret asse veneunt* – dominus Christus dicit –, *et unus ex eis non cadit in terram sine voluntate patris vestri? Quanto magis vos pluris estis illis!* Nolite ergo dicere: ‘Non pertineo ad 20  
deum’. Pertinet ad deum anima tua, pertinet ad deum corpus tuum, quia deus fecit et animam tuam et corpus tuum. Dicis cc 2116  
forte: ‘Non me numerat deus in magna multitudine’. Accedit tibi mirum de evangelio: *Capilli capitis vestri numerati sunt*.

(15.) Ergo deus meus est, et in illo spes mea, QUI FECIT CAELUM ET TERRAM, MARE ET OMNIA QUAE IN EIS SUNT. Quod  
v. 7 autem ad me pertinet, quid agit mecum? QUI CUSTODIT VERITATEM IN AETERNUM. Et amandum deum commendavit, et timendum. QUI CUSTODIT VERITATEM IN AETERNUM. Quam veritatem? et in quo custodit veritatem? FACIENTEM IUDICIUM INIURIAM ACCIPIENTIBUS. Vindicat iniuriam accipientes, fratres mei: facit illis iudicium. Quibus? Qui accipiunt iniuriam, puniens 5  
omnes iniuriosos. Si ergo favebit iniuriam accipientibus et puniet

---

18–20 Matth. 10,29–31 24 capilli ... sunt] Ibid. 10,30

---

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T K$   
(exc.)  $P_{23}$  lectiones selectae:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 \omega, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ )  
15, 3 qui] inc.  $K$  9 iniuriosos] des.  $K$

---

13 horrea  $X P_6 ma$  18 dominus] Iesus add.  $\varepsilon \gamma_1 \zeta P_{15} F F_2 ma$  19 cadet  $\gamma_1 P_6 ma$  | in terra  $ma$ ; super terram  $\zeta So_1 X$  20 plures  $H_1 U N Y$  | noli  $C_1^2 P_{23} ma$  22 dicis] enim add.  $\delta$  23 accidit  $\gamma_1 X$  | tibi] ibi  $ma$  24 numerati] omnes *praem.*  $\zeta ma$  15, 3 agit mecum] ait me  $C_1 P_7$ ; ait de me  $So_1 P_7$  5 qui ... veritatem<sup>2</sup>] quam  $\alpha$ ; in aeternum quam add.  $\delta \varepsilon P_{23} Y So_1 X P_6 ma$  7 patientibus  $\alpha \varepsilon P_{23}$  | vindicat iniuriam accipientes *om.*  $C_1 P_7$  | accipientis  $\varepsilon So_1$

- 10 iniuriosos, vide modo de quorum numero esse vis. Vide, attende  
 utrum in eis velis esse, qui iniuriam accipiunt, an in eis qui iniuriam faciunt. Statim enim ad te procedit vox apostolica, et dicit tibi: *Iam quidem omnino delictum est, quia iudicia habetis vobiscum. Quare non magis iniquitatem patimini?* ‘Quare non iniuriam patimini?’ Corripit homines, quia non patiuntur iniuriam. Non ut patiaris molestiam te hortatur, sed ut patiaris iniuriam; non enim omnis molestia iniuria est. Quidquid enim iure pateris, non est iniuria. Ne forte diceres: ‘Et ego inter iniuriam passos numeror; nam illud illo loco, et illud illa causa passus sum’, vide si  
 20 iniuriam passus es. Latrones multa patiuntur, sed non iniuria; scelerati, malefici, effractores, adulteri, corruptores, omnes patiuntur multa mala, sed nulla est iniuria. Aliud est pati iniuriam, aliud pati tribulationem aut poenam aut molestiam aut supplicium. Considera ubi sis, quid egeris vide, quare patiaris vide, et  
 25 ibi vides quid patiaris. Ius et iniuria contraria sunt. Ius enim est quod iustum est. Neque enim omne quod ius dicitur, ius est. Quid si aliquis condat ius iniquum? Nec ius dicendum est, si iniustum est. Illud ergo verum ius, quod etiam iustum est. Vide quid feceris, non quid patiaris. Si ius fecisti, iniuriam pateris, si  
 30 iniuriam fecisti, ius pateris.

---

 15, 13sq. 1 Cor. 6,7
 

---

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U$   $\varepsilon$ :  $N A n_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 S o_1$   $\zeta$ :  $P_6 T P_{23}$  *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$  (=  $F_2 F M c_1$ )

10 iniuriosos *om.*  $U$  | vis esse *tr.*  $\delta$  11 qui<sup>1</sup> ... eis *om.*  $\delta$  12 dicit  $U$   
 14 quare<sup>1</sup> ... patimini *om.*  $\alpha X ma$  | iniuriam] magis *praem.*  $\alpha \varepsilon P_{23} D P_6 ma$   
 16 non] nunc  $U$  17 omnes  $C_1 P_7$  18 iniurias  $U P_{23} Y$  | iniuriam passos]  
 iniuriosos  $\gamma_1 X$ ; iniuriosos passus  $\varepsilon T, P_6$  (in. passos) 19 illo  $U C_1 P_7$ ; in  
*praem. cett. ma* | in illa causa  $\alpha H_1 P_{23} Y P_6$ ; causa illa *tr.*  $S o_1 X ma$   
 20 iniuria] *subaudi* est; iniuriam  $C_1 S o_1 P_{23} Y X ma$  22 nulla] non *praem.*  $\delta$   
 25 enim *om.*  $C_1 P_7$  26 dicere  $S o_1 X$  29 non] nam  $\delta \varepsilon$

(16.) Quare ista dixi, fratres? Ut non se extollant haeretici, quando forte aliquid patiuntur ex iussionibus principum terrenorum; non se numerent inter eos qui iniurias accipiunt, et dicant: ‘Ecce psalmus consolatur me; ego enim deum colo, qui iudicium faciet iniuriam accipientibus’. Recte! Quaero utrum iniuriam accipias. Si ius fecisti, iniuria est quam pateris. Ius est exsufflare Christum? Ius est rebelli superbia erigere altare? Ius est, parentibus persecutoribus tunicae Christi, ecclesiam Christi conscindere? Porro si hoc ius non est, quidquid pro hoc pateris, ius est. Non es ergo de his qui patiuntur iniuriam. Lego aliud manifestius ex evangelio: *Beati inquit qui persecutionem patiuntur*. Exspecta! Quid festinas? Quid dicis: ‘Ego sum’? Exspecta, inquam. Totum legam. Audisti: *Beati qui persecutionem patiuntur*; iam tibi nescio quid coeperas arrogare. Si permittis, totum lego; vide quid sequatur: *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam*. Modo dic: ‘Ego sum’. Si audes dicere: ‘Ego sum’, superiora quae dixi retractemus; aut, ne longum sit, hoc unum interrogo: si damnares unum hominem, cuius causam nescis, auderes te dicere tenere iustitiam? Aut, si quid pro hac re passus esses, iniuriam nominares? Eritis te in temerarium tribunal cordis tui, unde praecipite-

16, 2 ex iussionibus principum (sc. contra Donatistas)] cf. e. g. epist. 88,6 (CSEL 34,2, p. 412); 105,2,3 (p. 596); 2,6 (p. 598); serm. 162A,8 (*Misc. Ag.* 1, p. 106,8); c. epist. Parm. 3,6,29 (CSEL 51, p. 157); coll. c. Donat. 1,7,18 (cc 149A, p. 263) 6sq. exsufflare Christum] cf. *infra* 27 7 parentibus ... Christi] cf. Io. 19,24 11 Matth. 5,10 16 superiora] cf. 15,18sq.

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U f_3$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T P_{23}$  *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ ) 16, 11 patiuntur] *inc. f\_3*

16, 1 fratres dixi tr.  $\zeta$  5 patientibus  $H_1 \varepsilon P_{23} P_6$  6 iniuria]-am  $U$  | ius<sup>2</sup>] si *praem.*  $\varepsilon \gamma_1 \zeta P_{23} Y$  7 rebelles  $\varepsilon \gamma_1 P_{23} Y X$  | in superbia erigi  $So_1 C_1$  | alterum  $\varepsilon \gamma_1 X$  8 conscindere Christi tr.  $\zeta$  | conscindere  $C_1 P_7$  10 aliud] aliquid  $\gamma_1 ma$  12 quid<sup>2</sup>] quod  $C_1 P_7$  13 legem  $\delta$  16 tractemus  $U$  17 damnares  $\varepsilon \gamma_1$  18 nescires *ma* | audes  $\varepsilon \gamma_1 T$  20 eriges  $\pi$

- ris, et audes ferre sententiam de homine cuius causam nescis? Hoc si de uno homine faceres, esses iniustus; facis hoc de orbe terrarum, et iustus es? Fratres carissimi, et quae est quae patitur iniuriam, nisi ecclesia catholica quae tanta ista perpetitur? Inter  
 25 tot scandala haeticorum gemit, videt per malas suasiones et fraudes rapi de gremio suo infirmos, parvulos pertrahi per nescio qua secreta malarum speluncarum, rebaptizari, exsufflari in eis Christum, occidi in eis non mortale illud suum quo homines  
 30 sunt, sed illud quo in aeternum victuri sunt. Suadetur homini dicere: 'Non sum Christianus', et iustitia vocatur. 'Accessurus es ad episcopum? – ait illi – vide ne dicas te esse Christianum; si enim dixeris te esse Christianum, non es accepturus; ut autem accipias, dic te non esse'. Quid mones, Christiane? Quid doces? Certe persecutionem pateris? Quanto tu verior persecutor!
- 35 Quando imperatores persequebantur Christianos, minando cogebant quod tu efficis suadendo. Persuades Christiano ut se neget esse Christianum. Quod tu suadendo facis, hoc persecutor occidendo non fecit. Sub te vivit homo, qui negat se esse Christianum. Negat, et vivit? Perdidit iam vitam; cadaver tibi loquitur.
- 40 Qui percussus est gladio persecutoris, cecidit et vivit. Cui loqueris, stat et cecidit. Haec faciens, quidquid passus fueris, iniuria erit? Nolo, nolo tibi blandiaris: si haec iniusta sunt omnia quae

---

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2$   $Mc_1$ )  $\delta$  ( $A$   $H_1$ )     $\lambda$ :  $\pi$   $U$   $f_3$      $\varepsilon$ :  $N$   $An_4$      $\gamma_1$ :  $C_1$   $P_7$   $So_1$      $\zeta$ :  $P_6$   $T$   
 $K$  (*exc.*)  $P_{23}$     *lectiones selectae*:  $D$   $P_3$   $P_5$   $P_{15}$   $Y$   $X$   $e_3$   $w$ ,  $\alpha_2$  (=  $F_2$   $F$   $Mc_1$ )  
 37 persecutor *des. f\_3*

---

21 sententiam ferre *tr. ζ*    22 orbe] toto *praem. X ma*    24 nisi] si  $C_1$   $P_7$   
 25 tot] vos  $C_1$   $P_7$  | videns  $\alpha$     27 quae  $So_1$   $X$  *ma* | secretorum malorum  $\pi$   
 28 quo *ma*; quod *codd. lo*    29 quo  $C_1$   $P_7$  *ma*; quod *cett.*    31 ait illi  $U$   $C_1$   $P_7$   
 $P_{23}$   $Y$  *ma*; at illi  $\alpha$ ; at ille  $\delta$   $\varepsilon$ ; ait ille  $\zeta$   $So_1$  | si ... Christianum *om. H\_1 U f\_3*  
*(uv.)*    32 te dixeris *tr. ζ*    34 pateris] tanto tu verius persecutionem pateris  
*add. ζ*    35 cogitabant  $C_1$   $P_7$     36 neget se *tr. X ma*    37 persecutores ... faciunt  $\gamma_1$   $X$     39 perdit  $\alpha$ ; perdita  $U$  | perdita (*om. iam*) vita  $\delta$  | iam *om. π*  
 40 vivit *om. U*    42 nolo<sup>2</sup>  $\delta$   $U$ ; *om. cett. ma*



facis, quidquid pateris iustum erit. Cui autem facit iudicium, QUI CUSTODIT VERITATEM IN AETERNUM? INIURIAM ACCIPIENTIBUS.

(17.) Iam tu procede, et dic ratiocinationibus illis tuis bonis et quasi acutis et subtilibus, quia tu pascis, et dic: ‘Famelicus potest pascere?’ Id est peccator potest dare sanctum? Famelicus potest pascere? Languidus potest sanare? Ligatus potest solvere? Ista sunt veluti magna et subtilia, quibus decipiunt imperitos. Claudat

cc 2118

illis os psalmus iste: DANTEM ESCAM ESURIENTIBUS. Ecce nihil a te exspecto: deus dat escam esurientibus. Quibus esurientibus?

Omnibus. Quid est ‘omnibus’? Omnibus animalibus, omnibus hominibus ipse dat escam; et nullam escam servat dilectis suis? Si habent aliam famem, habent et aliam escam. Quaeramus primo

10

famem ipsorum, et inveniemus escam ipsorum: *Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.* Famelici dei esse

mi 1896

debemus. Ante ianuam conspectus illius in orationibus mendicemus: ipse dat escam esurientibus. Quid est quod te, haeretice,

iactas quia tu solvis, tu erigis, tu illuminas? Videlicet quia tu iam liberatus es, et tu stas et tu lumen es? Absit! Superius attendo:

15

NOLITE FIDERE IN PRINCIPES ET IN FILIOS HOMINUM, QUIBUS NON EST SALUS. Non ipsi dant salutem. Ergo recedant haeretici

v. 8

de medio. DOMINUS SOLVIT COMPEDITOS, DOMINUS ERIGIT ELISOS, DOMINUS SAPIENTES FACIT CAECOS, id est eos qui caeci

20

---

17, 11sq. Matth. 5,6 16 superius] Ps. 145,2

---

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T K$   
(*exc.*)  $P_{23}$  *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 \omega, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ )  
17, 7 dat] *inc. K* 12 saturabuntur] *des. K* 19 dominus<sup>1</sup>] *inc. K*

---

44 patientibus  $V_2 An_4 P_6$  17, 1 rationibus  $\gamma_1$  4 languidos  $A \varepsilon$  | ligatos  $\delta$   
5 claudit  $U$  6 illis] eis  $\alpha$ ; illi  $U$  | os *om.*  $\pi$  | psalmus iste] psalmos  $\gamma_1$   
dantem] dante  $\varepsilon Y$ ; dat  $\delta P_{23} X$  8 omnibus<sup>1,2</sup>] hominibus  $\gamma_1$  | quid] id  $\pi$   
 $\varepsilon \zeta$  | omnibus<sup>2</sup> *om.*  $\pi \zeta$  | omnibus<sup>4</sup> *om.*  $C_1 P_7$  10 primum  $\alpha$  15 iam *om.*  
*ma* 16 tu<sup>2</sup> *om.*  $\alpha$  | attende  $\gamma_1 X ma$  17 confidere  $\varepsilon \gamma_1 \zeta P_{23} Y X ma$   
quibus] a *praem.*  $\gamma_1 P_{23} X ma$  19 dominus solvit compeditos *om.*  $\gamma_1$  | solvet  
 $U$

- sunt facit sapientes. Optime per hanc sententiam exposuit nobis omnes superiores, ne forte cum dixisset: DOMINUS SOLVIT COMPEDITOS, ad illos compeditos referremus, qui forte propter aliquam noxam ligantur ferro a dominis suis; quia autem dixit:
- 25 ERIGIT ELISOS, occurreret nobis aliquis aut offendens et cadens aut equo lapsus. Est alius casus, sunt aliae compedes, quomodo sunt aliae tenebrae et alia lux. In eo quod dixit: SAPIENTES FACIT CAECOS, noluit dicere: 'Illuminat caecos', ne et hoc carnaliter intellegeres, sicut illuminatus est a domino cuius oculos luto de
- 30 sputo facto inunxit, et salvum eum fecit; ne tale aliquid sperares, cum de spiritalibus loquitur, ostendit quandam lucem sapientiae qua illuminantur caeci. Ergo quomodo illuminantur caeci luce sapientiae, sic solvuntur compediti, sic eriguntur elisi. Unde sumus ergo compediti? Unde elisi? Corpus nostrum ornamen-
- 35 tum nobis fuit: peccavimus, et compedes inde accepimus. Quae sunt compedes nostrae? Mortalitas ipsa. Audi apostolum Paulum, quia et ipse adhuc in hac peregrinatione compeditus erat. Quanta peragravit compeditus iste! Non illi fuerunt graves compedes; cum ipsis compedibus toto orbe evangelium praedicavit: spiritus
- 40 caritatis rapuit compedes, et circumvit quantum potuit. Sed tamen quid ait? *Concupiscentiam habens dissolvi, et esse cum Christo.* Quid est *dissolvi*? A compedibus mortalitatis. Et tamen miseri-

---

29sq. illuminatus ... fecit] cf. Io. 9,6-7 41 Phil. 1,23

---

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T K$  (exc.)  $P_{23}$  *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 \omega, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ )  
 21 sapientes] *des. K* 32 quomodo] *inc. K* 34 corpus ... 36 ipsa] cf. Prosp. sent. 75 (cc 68A, p. 275) 36 ipsa] *des. K* 39 cum] *inc. K* 40 compedes] *des. K*

---

22 solvet  $U$  24 quod  $\gamma_1 X$  25 occurrit  $\varepsilon \zeta X$  27 fecit  $\gamma_1$  | caecos facit *tr.*  $\zeta$  28 noluit] hic *add.*  $\gamma_1$  | hoc et *tr.*  $\delta$  29 de sputo luto *tr.*  $\alpha$  32 luci  $C_1 P_7$  33 sic<sup>2</sup>] et *praem.*  $C_1 P_7$  | unde ... elisi *om.*  $\delta$  35 accipimus  $\varepsilon \gamma_1$  36 nostra  $C_1 P_7$  37 et *om.*  $\delta$  39 orbi  $C_1^2 So_1 X ma$  40 circum ivit  $\delta U \varepsilon$  42 mortalitatis] *absolvi add.*  $C_1^2 So_1$

cordia adhuc volebat esse in compeditibus propter alios compeditos quibus ministraret: *manere inquit in carne necessarium propter vos*. DOMINUS ergo SOLVIT COMPEDITOS, id est ex mortalibus facit immortales. DOMINUS ERIGIT ELISOS. Quare elisi sunt? Quia erecti erant. Quare eriguntur? Quia humiliati sunt. Cecidit atque elisus est Adam: ille cecidit, Christus descendit. Quare descendit qui non cecidit, nisi ut levaretur qui cecidit? DOMINUS SAPIENTES FACIT CAECOS.

DOMINUS DILIGIT IUSTOS. Ideo facit iudicium iniuriam accipientibus. (18.) Et qui sunt ipsi iusti? Modo quatenus iusti? v. 9 Quemadmodum habes: DOMINUS CUSTODIT PROSELYTOS. Proselyti advenae sunt. Omnis ecclesia gentium proselyta est. Adventicia est enim ad patres, non de carne eorum nata, sed imitando filia. Dominus tamen custodit, non aliquis homo.

ORPHANUM ET VIDUAM SUSCIPIET. Nemo putet quasi pupillum propter hereditatem, aut viduam propter nescio quod negotium suum. Equidem et istis deus opitulatur, et in omnibus officiis generis humani bonum opus facit, qui pupillo consulit, qui viduam non deserit. Sed secundum quendam modum omnes pupilli sumus absente patre, non mortuo – pupillus enim secundum homines mortuo patre fit –, et si verum quaeratis, fratres, quia anima non moritur, vivunt parentes nostri; et magis absent-

---

44sq. Phil. 1,23

---

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T K$   
 (exc.)  $P_{23}$  *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ )  
 45 dominus] inc. K 51 iustos] des. K 18, 2 dominus] inc. K 6 suscipiet]  
 des. K

---

44 ministrat mi cc 45 solvet U 46 faciet  $\lambda Y$  | immortales facit tr. lo ma  
 49 qui<sup>1</sup> U  $\zeta P_{23} Y ma$ ; quia cett. 51 dirigit  $\alpha$  18, 1 ipsius  $\pi$  2 habes  $\zeta P_{23}$   
 $Y X ma$ ; habens  $\varepsilon \gamma_1$ ; habent  $\lambda$  4 enim est tr. X ma 5 custodit] eam add.  
 $So_1 C_1^2$  6 suscipit K  $C_1 P_7$  10 modo  $\delta$  13 parentes] patres  $\delta$

bus patribus sunt pupilli, qui pupilli sunt; si mali fuerunt, in poe-  
 15 nis vivunt, si boni fuerunt, in requie vivunt: omnia integra sunt  
 creatori. Tamen nos quamdiu sumus in corpore hoc et peregrina-  
 tionis locum incolimus, absens est pater noster, ad quem clama-  
 mus: *Pater noster, qui es in caelis*. Ideo ecclesia vidua, quasi ab-  
 sente sponso, absente viro. Veniet ille, qui illam modo protegit,  
 20 non visus, et desideratus. Magno enim desiderio rapimur, et  
 amore eius quem non novimus, desideramus. Inhaerebimus am-  
 plexibus visi, si nondum visi fide detinemur. Ergo et PUPILLUM  
 ET VIDUAM quid voluit intellegi, fratres? Destitutos omni ope et  
 auxilio. Destituta anima in saeculo, ipsa sibi speret adiutorium  
 25 dei. Quidquid hic habueris – aurum habeas –, praesumpsisti inde?  
 Iam non es proselytus, non es orphanus, non in vidua numeraris.  
 Amicum habes? Si de illo praesumpseris, et deum dimiseris, non  
 es destitutus. Habes haec omnia? non inde praesumis? non inde  
 superbis? Pupillus dei es et vidua dei. Suscipit ergo destitutos; hoc  
 30 dixit: suscipit pupillum, suscipit et viduam.

cc 2120

(19.) ET VIAM PECCATORUM EXTERMINABIT. Quae est via  
 peccatorum? Irridere ista quae dicimus. ‘Quis pupillus? Quae  
 vidua? Quod regnum caelorum? Et quae poena inferorum? Fabel-  
 lae istae Christianorum sunt. Ad quod video, ad hoc vivam: *Man-*

---

18, 18 Matth. 6,9 19, 4 1 Cor. 15,32

---

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T K$   
 (exc.)  $P_{23}$  lectiones selectae:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ )  
 16 quamdiu] *inc. K* 19 viro] *des. K* 22 ergo] *inc. K* 25 dei] *des. K*  
 19, 1 et] *inc. K* | exterminabit] *des. K*

---

14 fuerint  $\pi \varepsilon X ma$  15 fuerint  $\delta \varepsilon X ma$ ; sunt  $\alpha$  | requiem  $C_1 P_7$  20 et<sup>1</sup>]   
 sed  $\varepsilon \gamma_1 \zeta P_{23} Y X ma$  21 amore] in *praem.*  $\zeta$  | eius] eum  $So_1 C_1^2$  | novimus]   
 videmus *lo ma cc* 22 visi<sup>1</sup>] visis  $\gamma_1 P_{23} Y X$  23 omnino opere  $C_1 P_7$    
 24 auxilium  $C_1 P_7$  | in *om.*  $\alpha$  | sperat  $\gamma_1 X$  25 habes  $\gamma_1 P_{23} P_6 ma$    
 29 suscipit] suscepit  $\delta \varepsilon$  30 suscipit<sup>1</sup> ... suscipit] suscepit ... suscepit  $\delta$    
 19, 3 fabulae  $\alpha$  4 istae *om.*  $\alpha$

*ducemus et bibamus, cras enim moriemur*. Vide ne tales aliquid 5  
 persuadeant, ne per aurem in cor intrent. Spinās inveniānt in  
 auribus tuis. Qui coeperit sic intrare, punctus abscedat. *Corrum-*  
*punt enim mores bonos colloquia mala*. Sed forte hic dicturus es:  
 ‘Quare ergo felices sunt? Ecce nec deum colunt, et omnia mala  
 quotidie committunt, abundant rebus his quibus ego egens 10  
 laboro’. Noli zelari in peccatores! Quid accipiant vides; quid illis  
 servetur non vides? ‘Et unde, inquit, video quod non video?’  
 Omnino habet oculos fides; et maiores oculos et potentiores et  
 fortiores. Hi oculi neminem deceperunt; hi oculi sint semper in  
 dominum, ut et ipse evellat de his laqueis pedes tuos. Via peccato- 15  
 rum placet tibi, quia lata est, et multi per illam ambulant: latitudinem  
 eius vides, finem eius non vides. Ecce ubi finitur, praecipitium  
 est. Ubi finitur, profunditas quaedam barathri est: laetantes  
 et spatiantes in ista via illo fine merguntur. Sed extendere oculos mi 1898  
 non potes, ut videas ipsum finem? Crede ei qui videt. Et quis est 20  
 homo qui videt? Forte nemo homo; sed dominus tuus ad te venit  
 ut crederes deo. Non enim et domino deo tuo non es crediturus,  
 qui ait: *Lata et spatiosa est via quae ducit ad interitum, et multi*

---

7 1 Cor. 15,33    14sq. oculi<sup>2</sup> ... tuos] cf. Ps. 24,15    15sq. via ... lata] cf.  
 Matth. 7,13    23sq. Matth. 7,13

---

$\pi$ :  $\alpha (V_2 Mc_1) \delta (A H_1)$      $\lambda$ :  $\pi U$      $\varepsilon$ :  $N An_4$      $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$      $\zeta$ :  $P_6 T K$   
 (exc.)  $P_{23}$     *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 \omega, \alpha_2 (= F_2 F Mc_1)$     || 15 via]  
*inc. K*    16 ambulant] *des. K*

---

5 moriamur  $H_1 N$ ; morimur  $U$  | videte  $\lambda Y$  | ne] si  $\pi$  | tale  $\varepsilon \zeta So_1 X C_1^2$   
 6 inveniēnt  $\varepsilon P_{23}$     9 colunt] timent  $\lambda P_{15}$     11 zelare  $\alpha UP_{23} YT$     12 reser-  
 vetur  $U$  | video<sup>2</sup>] videt  $\varepsilon \gamma_1 TX$ ; videtur  $P_6 ma$     14 hi<sup>1</sup> ... deceperunt *om.*  $C_1$   
 $P_7$  | sunt  $\varepsilon \zeta$     15 et \**om.*  $\lambda$     18 est quaedam barathri *tr.*  $\pi$  | est<sup>2</sup> *om.*  $U$   
 19 et spatiantes] et si patientes  $\varepsilon C_1 P_7 Y$ ; et sapientes  $\alpha_2 \delta$ ; exspatiantes *ma*  
*cc* | extende  $\delta$     20 videt] vidit  $\lambda P_{15}$     21 videt] vidit  $\lambda P_{15}$  | dominus] deus  
*add.*  $\varepsilon \zeta P_{23}$     22 non<sup>1</sup>] num  $\zeta ma$  | es] est  $C_1 P_7$

sunt qui ingrediuntur per illam. Hanc viam exterminabit dominus, quia ipsa est via peccatorum.

(20.) Et dum exterminata fuerit via peccatorum, quid nobis restat? *Venite, benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi.* Ad hoc concludit psalmus: ET VIAM PECCATORUM EXTERMINABIT. Et quid tu? REGNABIT DOMINUS IN AETERNUM. Gaude, quia tibi regnabit. Gaude, quia tu eris regnum eius. Vide enim quid sequitur. Es certe civis de Sion, non de Babylonia, id est non de civitate peritura huius saeculi, sed de Sion ad tempus laborante et peregrinante, in aeternum autem regnatura. Audisti ergo finem: inde es. REGNABIT DOMINUS IN AETERNUM, DEUS TUUS, SION. O Sion, deus tuus regnabit in aeternum; numquid sine te regnabit deus tuus?

IN GENERATIONEM ET GENERATIONEM. Bis dixit, quia non potuit 'semper' dicere, ne putes quia verbis finitis finitur aeternitas. Aeternitas in verbo quatuor syllabis constat, in re sine fine est. Non potuit tibi nisi sic commendari: DEUS TUUS REGNABIT IN GENERATIONEM ET GENERATIONEM. Parum dixit: si 'tota die' diceret, angustum esset; si 'tota vita sua' diceret, nonne aliquando conticesceret? Ama aeternitatem. Nullo fine regnabis. Finis tibi Christus est, cum quo regnabis.

---

20, 2sq. Matth. 25,34

---

$\pi: \alpha (V_2 Mc_1) \delta (A H_1) \quad \lambda: \pi U \quad \varepsilon: N An_4 \quad \gamma_1: C_1 P_7 So_1 \quad \zeta: P_6 T \quad K$   
 (exc.)  $P_{23}$  *lectiones selectae: D P\_3 P\_5 P\_{15} Y X e\_3 w, \alpha\_2 (= F\_2 F Mc\_1)*  
 24 hanc] inc. K 25 peccatorum] des. K 20, 1 quid] inc. K 6 sequitur] des. K 10 deus] inc. K 15 est] des. K

---

24 ingrediuntur] intrant  $\pi \zeta P_{23}$  20, 3 psalmus] psalmista  $\gamma_1 X$  4 et quid tu om.  $C_1 P_7$  | regnavit  $UK$  5 regnavit  $UK$  6 videte  $\lambda$  | enim] et add.  $\gamma_1 X ma$  | es] et  $C_1 P_7$  | certe] deus add.  $C_1 P_7$  9 audistis  $C_1 P_7$  | es om.  $C_1 P_7$  regnavit  $U$  11 numquid] num om.  $U$  12 generationem<sup>1</sup>] generatione  $\alpha \zeta So_1$  13 nec  $\gamma_1 ma$  14 re] se  $\varepsilon Y T$  15 tibi] mihi  $\varepsilon$  16 generationem<sup>1</sup>] generatione  $\pi So_1 \zeta$  | tota] toto  $\delta U \varepsilon$  19 finis] si praem.  $\varepsilon \gamma_1 \zeta P_{23} Y X ma$  regnabis] amen add.  $U$ ; in saecula saeculorum amen add.  $\varepsilon \gamma_1 \zeta P_{23} Y X ma$